



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||**

**Grégoire, Pierre**

**[Frankfurt], 1595**

**VD16 G 2996**

28 De institutionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

2 Quare exstingui possunt beneficia v. A  
nione primum accidente cum alia Eccle-  
sia, ob paupertatem, vel ex aliis causis. c V-  
nionem dicimus, quando fit ex duobus vel  
pluribus beneficiis in perpetuum coniun-  
ctio. d Et ita beneficium alterius vnitum, a-  
mittit titulum, nec amplius per se vacare  
dicitur. e

3 Extinguitur 2. beneficium, quādo cum  
auctoritate Summi Pontificis vel Episco-  
pi, ædes eius sacra destruitur, vna cum re-  
ditibus dissolutis. f Veluti quando ædes  
sacræ fuerint in alterius Ecclesiæ conque-  
rentis præiudicium constructæ, g vel si  
diocesani, proprium necauerint diocesal-  
num, h vel si Ecclesiæ ædificatae sint, sine  
villis martyrum reliquis; aut si cum illis,  
sed falsis. i

4 Tertio, beneficium occupatum ab ho-  
stibus fidei, quandiu ab illis occupatur, pro  
extincto habetur, k quamvis verum sit, C  
ædes sacras profanas ideo non fieri. l

5 Post sunt & quartos, ex causa, beneficia,  
seu præbendarum numerus, minui vel  
supprimi. m

## SCHOLIA.

a l. inter stipulantem, 83. §. sacram rem, de  
ver. obli. Permittebat & lex antiquorum  
Ethnicorum, liberationem a sacris, per co-  
missionem sacrorum factam per senes, eam  
obrem constitutos, ut scribit Cicero oratio.  
pro Murena, vide qua de extincione be-  
neficiorum diximus lib. 17. Syntagmatis  
cap. 5. & tracta. beneficior.

b Vi in l. sancimus, 17. C. de sacro sanct.  
eccles.

c ca. si. §. hostilitatis, 25. q. 2. ca. & temporis,  
16. q. 1. c. 2. de religios. domib.

d cap. sicut unire de excessib. prela.

e Interpretes ad c. cum accessissent, per illum  
textum, de const. Ludouicus Gomes, ad  
regulā de trien. poss. q. 8. Ioannes Andreas,  
ad Cle. 1. de supp. neg. prela. & ita hic pro-  
prie unionem usurpamus; alioquin tribus  
modis uno seu coniunctio beneficiorum  
fieri dicitur, ut docet glof. ad o. 1. ad verb.  
vniendo, ne sede vacan. & glof. ad ca. &

- tēporis, & sequēti ad verb. vnire, 16. q. 1.
- f Vi in l. 3. de colleg. illicit. li. 47. Pand. iii. 22.
- g Vi in cap. 1. & 2. de noui. operis nuntia.
- h Canones finali 25. q. 2.
- i ca. placuit, de cons. di. 1. ca. & hoc diximus  
16. q. 7. vide Iosephum, lib. 7. de bello Is-  
raelico, ca. 2.
- k ca. pastoralis, 7. q. 1. sancta Romana, de elec-  
tion. in extrangant communib.
- B l. vt notant ad ca. quas emel, 19. q. 3. vbi cor-  
rigitur l. cum loca, 36. dereligi. & sumti.  
funer. P. lib. 11. tit. 7.
- m c. si. de verb. signifi. c. cum accessissent, de  
constit.

## DE INSTITUTIONIBVS.

## TIT. XXVIII.

a Tractatur in titulo 7. lib. 3. Decreta. & in Sext.  
lib. 3. tit. 6. in ea. omnes, & sequent. usque ad ea.  
quoniam in quibusdam, 16. q. 7. tractatur & ti-  
tulus de præbendis, & concessione præbenda, & in  
Concordatis de collationibus.

## CAPVT I.

- 1 Continuatio tituli.
- 2 Et institutionis acceptio.

P Oft tractationem de beneficiorum o-  
rigine, qualitate, erectione, & extin-  
ctione, postulat ordo, vt de acquisitione a-  
gainus eorum, sicque proxime subnecta-  
mus de concessione seu institutione, quæ  
in illis fit.

Instituere generale nomen est, quod  
nihil aliud in genere, quam intraponere, <sup>2</sup>  
significat: id est, ita tradere rem, vt ex ea  
concessione ad aliquem velimus eam per-  
tinere. Vnde, & manauit frequens institu-  
endi in testamentorum voluntatibus mé-  
tio. a Et in causa sacerdotiorum seu bene-  
ficiorum ecclesiasticorum, quinq; modis  
E institutio usurpatur: primum generaliter;  
vt in hoc titulo pro collatione libera, quā-  
do Episcopus pleno iure confert Ecclesi-  
am, & intra Ecclesiam aliquem ponit, vt  
vel ipse eidem praefit, vel in eadem aliis  
inferiat. b In qua acceptio dicimus, in-  
stitutionem, & destitutionem personarum

Cc 2

Ecclesiasticarum, pertinere ad Episcopum. c Secundo, accipitur institutio pro confirmatione electionis factæ ad beneficium, quæ ab Episcopo iure communi, vel ab alio ex priuilegio fit. d Tertio, pro collatione facta ab Episcopo ad præsentationem patroni; quæ ita, est præsentati ad beneficium approbatio. e Quarto, pro confirmatione, approbatione, seu auctorizatione collationis ab alio, quam ab Episcopo iure priuilegii factæ. f Est, & quinto institutio, corporalis inuestitura, cum quis inducitur in corporalem possessionem beneficij. g Ex quibus quinque modis, quatuor primi pertinent ad Episcopum vel eius vicarium, quintus etiam, ad Archidiaconum. h

## S C H O L I A.

- a Tit. de hereditibus instituen. §. ante hereditis institutionem, de lega. apud Iustitia. l. 1. de vulg. Pand.
- b Instituere, est ins canonicum in Ecclesiastico beneficio tribuere, Gloss. in c. auctoritate, 4. de institu. lib. 3. tit. 7. per c. cum ex iniuncto, de here facit, cap. 1. deregul. iur. in Sexto.
- c Dicto c. cum ex iniuncto, de here. & c. cum & plantare, §. in Ecclesiis, de princi. c. 1. & 2. de cape. mo.
- d c. cum Vintoniensis Ecclesia, de electione.
- e cap. 1. & 2. de institution. in Sext. cap. fin. & sere per singula capitata tituli de iure patronatus.
- f De confirmatione, in c. cum satis, de offic. Archidia.
- g cap. ad hoc & c. cum locum, de officio Archidia.
- h Ioan. ab Imola, ad c. cum venissent, & c. ex freq. de insti.

## C A P V T I I.

## D i f f i n i t i o s e u d i n i s t i o i n s t i t u t i o n u m .

**I**X his porro institutionibus beneficiorum enumeratis, liquet aliquam liberam esse, aliquam non liberam. a Libera

A est, quando is, qui conferendi potestatem habet, sponte, & liberaliter, b cōfert, & potest alium alii, idoneum tamen, præferre. Non libera est, cum collator d ad alterius, vel aliorum electionem, e præsentationem, f nominationem, g mandatum, h receptioni in canonicum, i resignationi in fauorem, vel permutationi, k aut optioni, l legitime factis & exhibitis, tenetur consensum adhibere.

## S C H O L I A.

- a Tractatur, in c. relatum, 9. ad ver. libera liter, de prab.
- b Dicto cap. relatum, quia & collatio donatio dicitur, c. quia diuersitatem, de concessio. prab. cum simil.
- c §. statuimus, de collatione in Concordatis.
- d Hic enumerantur species collationis non liberae.
- e Quando electio legitima facta est, superior tenetur eam approbare, & hec approbatio dicitur confirmatio, c. nostri, de elect. c. fin. eo. tit. in Sex. sicque constituitur differentia inter electionem, collationem, institutionem, presentationem, ut uniuersus appellatione reliqua non contineantur, informa prouidendi, inc. c. cum illis, 16. §. 1. & §. cum autem, de prab. in Sex.
- f Præsentatio facit non liberam collationem, & ideo dicitur illa Episcopi collatio, institution. can. decernimus, 12. quæst. 7. cap. ilud, de iure patronatus.
- g Nominatio in Gallia duplex, una quaregia, quando rex nominat Summo Pontifici ad prælaturas vacantes idoneum instituendum. tit. de regia ad prælaturas nominatione, in Concordat. Altera est Scholastica, quando ex priuilegio, academie nominant prælatis collatoribus ad beneficia vacatura, in mesibus certis assignatis graduatis nominatis vel simplicib. §. qui vero, §. prefatiq. ordinarii, & §. fin. de colla. in Concor. Probanit utrasq. præsentations seu nominationes competentes principibus & scholis ex priuilegio, Concilium Tridentinum session. 25. c. 9. de refor.
- h c. 5

**h** c. si soli de concess. p̄ae. in Sex. c. dilectus 1. de p̄ae. c. si duobus, de rescr. c. si tibi. eod. tit. in Sext.

**i** Quis recipit aliquem in canonicum, tenet ei de probanda prouidere, ca. relatum 9. de p̄ae. c. cum super. de com. p̄ae.

**k** Quandoquidem beneficia resignata in favorem aliorum vel permutata, non posse sunt alii, quam his, in quorum favore resignata sunt vel permutata, conferri. clem. uni. de rerum permuta. capit. olim prima. de restitu. spolia.

**l** capit. fin. de consuetud. in Sext. optionem in officiis civilibus etiam constituit. l. vnicuique 7. de proximis sacror. scrinio. libr. 12. C. titul. 19.

## C A P. III.

1 De vacantibus beneficiis fiat institutio.

2 Et de modis vacandi.

3 De vacatione ipso iure.

**C** Ommne † omnibus institutionibus & collationibus, ne beneficia iure ordinatio, priusquam videntur, conferantur. a Vacare dicuntur, quæ a nullo possidentur, b vel possidentur quidem, sed male. c

**2** Quare vacatio † ecclesia tunc inducta dicitur, quando ea est destituta, vel priuata proprio clero seu p̄eposito, qui eam iure possidebat. Vacare autē dicitur quatuor modis, ipso iure tantum, per sententiam, ipso facto tantum, ipso iure & facto simul. d

**3** Ipso iure vacat, † quando possessor declaratur priuatus beneficio, aliquo casu adueniente, sine alia declaratione iudicis, e & quamvis post casum priuationem inducentem, iure priuatus, de facto seu re ipsa detineat. Neque enim tunc considerauimus eius detentionē, quominus collator ita vacans conferre possit alteri, f E quanquam verum sit, per illam vacationem prouisum, non posse nancisci realem possessionem, nisi prius vocauerit in ius eum, qui de facto possidet iure ipso priuatus. g Contingit hæc vacatio ipso iure

**A** inducta, ex intitulati delicto, vel ex quasi delicto. Ex delicto, veluti ex manifesta eius Simonia, h hæresi, i assassinatu, k homicidio pastoris Ecclesiæ, l ex falsificatione litterarum Apostolicarū, m si ob calumniam electionis accusatae suspensus a beneficiis, in illis administrauerit, n intrusione beneficiorum: o si quis hostiliter fuerit persecutus Cardinalem, vel eundem perculserit, aut socius comprobatur: consultor fuerit per sequentium: & ita fuerit particeps reatus maiestatis; p si quis vi conclusos coegerit sua beneficia eiurare, q si sodomita, r si spoliauerit vel impediuerit sequestrum beneficiorum, de quo litigat, quo casu, & iure suo, si quod in eo habet, ipso iure priuatur. s Qui etiam ad preces hæreticorum obtinuerint a collatoribus beneficia, illis ipso iure priuantur: & si scienter acceperint, etiam ad alia obtinenda alio modo, fiunt incapaces. t

## S C H O L I A.

**a** Ex concilio Lateranensi sub Alexandr. 3. cap. 8. relato. in c. 2. 3. ¶ si. de conc. p̄ae. c. de standa 2. eod. tit. in Sex. ubi rationes, ¶ ca. illud prætereundum 8. de iure patr. c. venerabilis 37. §. si. de p̄ae. ca. si quis Papa 2. distinet.

**b** l. qui cœtum. §. fin. ad leg. Inl. de vi pub. Pandect.

**c** Paria quippe sunt aliquid non esse, vel esse inutiliter. l. quoties, qui satisfare cogant. P.

**d** Modi vacandi vel maxime in imprecatiōnibus obseruantur, cum sub unico modo vacandi facta imprecatiōne, alii non contineantur, nisi exprimantur, cap. suscep̄tum, de rescr. in Sex. sic ¶ alias exprimitur vacatio per constitutionem exercitabilis, de pœnā in extranag. per constitutionem, de multa, de prab. per non promotionem ad ordinem presbyteratus, ex c. licet canon. de elect. in Sext. vt infra videbis. Leg. decif. 28. Rota in Novis.

**e** Gloss. ad l. iubemus. §. æconomus ad verb.

C c 3

- priuatur. de Sacrosanct. Eccle. C.c. ambitiose, de reb. eccles. non alien. in extraangantibus communibus.  
 f cap. de multa, de praben. ca. cum in illis. §. cum autem. eod. tit in Sext.  
 g c. liceit episcopus 28. de praben. ca. volumus 16. q. 4. c. in literis, derefit. spoliatorum, ca. cum qui, de prab. sic intelligitur, c. cum nostris, de concess. prab.  
 h Non ex occulta, ca. insinuatum, de Si. ca. cum detestabile, eod. tit. in extraag. com. B Simoniace etiam ordinati, non faciunt fructus suos beneficiorum, in deci. Tholos. 458.  
 i c. ad abolendā, de heret. c. cum secundum leges, eod. tit. in Sext.  
 k c. 1. de homicid. in Sexto.  
 l Vide caput in quibusdam, de pœnis.  
 m capite ad falsariorum, de criminis falsi.  
 n cap. 1. §. fin. de electionibus in Sexto.  
 o cap. eum qui, de prabend. in Sexto.  
 p Vide caput. §. fœlicius 5. de pœnis in Sexto. C  
 q Clementina multorum, de pœnis.  
 r cap. clericorum, de excessib. pralatorum.  
 s Cleuentina unica. c. sequestra. possessio.  
 t cap. 2. §. ad hec, de hereticis in Sexto.

## C A P V T I I I I .

## De vacatione ex quasi delicto.

**E**x quasi delicto, at priuatur quis interdum ipso iure beneficio: quamobrem & eo modo inducitur vacatio: veluti primo, a deptione secundi beneficii, quod teneri non potest cum posse, prius vacat, nisi accedat dispensatio, b vel secundo, si beneficiatus contrahat matrimonium, vel sponsalia de praesenti. c Tertio, per non promotionem ad Presbyteratum intra annum adepti pacifice beneficii curam animarum habentis. d Quarto, si irrita fiat electio, ex qua quis natus erat beneficiū. e Quinto, & vacabit, & Ecclesia prior, ex qua E transfertur Episcopus, post consensum translationi per eum adhibitum. f Sexto, si electus non consentiat electioni de se factæ intra mensem: aut si non petat confirmationem electionis intra tres menses se-

A quentes, priuatur iure electionis, quod ei competit, & ita vacat beneficium. g Item septimo, si post alios tres menses consecrationem non petat Episcopus, vacant eius beneficia ante electionē possessa. h Octauo, priuatur electus iure beneficii, si se ingredit administrationi eius ante confirmationem. i Nono, id ipsum accedit, si se ingredit administrationi beneficii tempore suspensionis. k Decimo, si bona ecclesiæ vel beneficiorum alienet. l Undecimo, si beneficiatus ingressus religionem, regulam profiteatur. m Duodecimo, si resignatio facta in Curia Romana, non publicetur intra sex menses, vel sit facta, si extra curiæ non publicetur extra mensem. n Decimotertio, si beneficium detur in commendam ab episcopo, post sex menses vacat commenda. o Decimoquarto, si Abbatilla eius monast. rii, in quo fedet, benedici, nō curauerit intrat epus a iure constitutum post confirmationem se benedici, beneficio cadit. p Decimoquinto, qui consenserit electioni in senatorem Romanum de se factæ, contra prohibitionem Nicolai Sum. Pontif. omnibus priuilegiis, fenis & beneficiis a sede Romana impetratis, ipso iure priuatur. q Decimosexto, qui postularunt minores 25. annis in prælatos, priuantur ipso iure beneficiis, quæ habent in Ecclesia illa ad quam postularunt. r Decimoseptimo & is, qui non ostendit titulum sui beneficii: svt & Decimoctauo, is qui sine canonica institutione beneficium possideret. t

## S C H O L I A.

- a Iuxta §. 1. de obligat. qua ex quas. delict. nasc. lib. 4. insit. Justin. tit. 5.  
 b Clem. fin. de prab. in Clem. capit. de multa, de prab. cap. dudum, in 2. de electio. cap. cum singula. de prab. in Sext. ca. 1. de consuet. cap. exscrabilis, de prab. in extraangantibus communibus.  
 c capit. 3. & capit. diversis, de clericis conjugat.  
 d cap.

- d cap. licet canon. & cap. commissa, de elect. A causam, a index iudicio, & causa cognita possestorem expresse priuat beneficio. Si quidem in criminibus, in quibus ius non inducit expresse beneficij admitione delinquentibus, per condemnationem criminis a iudice factam, nisi expresse, statim sententia priuatio, b possessores non amittunt beneficia, quamvis grauiora sint crimina illis, pro quibus ius induxit priuationem ipso iure: ideo in illis sola condonatio criminis non inducit priuationem vel vacationem, si omittatur in sententia expressio admitionis. c Exempla passim occurunt in iure, ut illud non residentis, qui ipso iure beneficio, in quo non resideret, non priuatur, nisi monitus legitime & ob contumaciam damnatus, nominatum titulo sui beneficij exsuffatur. d
- e c. consideramus, & ca. super eo, de elect. in Sexto.
- f can. in apibus 7. qu. 1. quando scilicet quis naclus fuerit secunda Ecclesie possessionem pacificam, capi, quanto, de translat. Episcop. capit. cum singula, §. prohibemus, de prebendis in Sexto.
- g cap. quam sit ecclesiis, de electione in Sexto. cap. si religiosis, de electione in extrauag. communibus.
- h cap. cum in cunctis, §. cum vero, de electione.
- i cap. auaritia, de electio.
- k cap. 1. in fin. & cap. cupientes. §. caterum, de elect. in Sexto.
- l c. vni. de rebus Ecclesie non alien. in extrauag. commun.
- m cap. beneficium, de regula, in Sexto. cap. ex transmissa. de renun. ca. Gonsaldus 17. qu. 2. reg. cancell.
- n Secundum regulam cancellar. 34. que in Gallia non servatur, ubi sufficit publicari resignationem, & possessione adipisci ante mortem resignantis, ex consuetudine. Rebiffus ad §. monasteriis, de regia ad prelaturas nom. ad verbum, vacantibus, in concord.
- o canon. nemo deinceps 15. de electione in Sexto.
- p Clemen. attendentes. §. statuimus, de statu monach.
- q cap. fundamenta, 17. de electione.
- r cap. unius. de postulat. pralat. in extrauag. commun.
- s ca. ordinarii, de officio ordinarii, in Sex. facit. capit. 1. iniuncta, in extrauagantibus communibus.
- t cap. 1. beneficium, de reg. iur. in Sexto.

C A P. V.

De priuatione & vacatione beneficij per sententiam.

- 1 Per sententiam beneficij priuatio & vacatio inducitur, quando ob grauem

- C a Et non aliter. cap. satis peruersum, 56. distinct. can. praecepta 55. distin. cap. Monachi 2. priores, de statu. Monach. cap. unius. in fine. de capillis monach. cap. non potest 3. de renuncia. can. inuenientum 6. quæstione 7.
- b Interpretis ad cap. querelam 10. per illum texum, de iure iurian. libr. 2. tit. 24. & ibi Panorm. num. 3.
- c Prepositus ad cap. studeat 50. dist. cap. studeat. de clero excommun. ministran. Felin. ad cap. final. de rescripto. Baldus ad l. cum fratrem, de his quibus ut indign. Per magni autem interest, aliquæ dici priuatum beneficio, ipso iure, aut per sententiam. Nam quoties quis ex aliquo criminis priuatus dicitur beneficio ipso iure, tenetur restituere fructus perceptos a die commissi criminis, & percipiendos qui percipi potuerint pendente sua indebita possessione. Quando vero alio modo quis priuatur beneficio, restituit iatum a tempore his contestata, quo coepit esse male fidei possessor, vel a die sententia, seu priuationis. Panormitan. ad cap. item cum quis, de restitu. spoliat. Rebiff. in tract. de pacif.

possessor. num. 263. facit in argumentum. A l. cum qui de his quibus, ut indign. P. Iure quoque ciuili in criminibus quibus ipso iure bona reis admittitur, & fisco addicuntur, statim commissis criminibus illis, bonorum censetur suorum libera interdicta administratio & alienatio. l. donationes, 3. § fin. de donationi. libr. 39. P. tit. 5. dum agitur de crimine perduellionis, & in l. si quis posthac 9. §. fin. de bonis episcop. C. l. penul. & fin. ad legem Iul maiestat. C. In alius contra, nisi post condemnationem & ademptionem facta nominatum bonorum, ut l. post contractum 15. de don. P. l. 46. §. 6. de iure fisci. P. l. 41. de solut. P. Subinde, si quis tantum per sententiam, & non ipso iure priuatus sit beneficio, & a iudicio pronocatum sit, pendere prouocatione non censetur priuatus beneficio. quare, & me dio tempore poterit illud renuntiare. Boerius. decis. 206. Rebuffus de pacificis pos sessor. num. 262. ubi sic fuisse iudicatum refert. per l. qui a latronibus. §. fin. de te stament.

C

d cap. ex parte 8. cum tribus sequentibus, ca. conquerente 6. & c. 2. de cler. non resident. cap. 11. post quemquam 50. distinct. cap. 47. eos sacerdotes 7. quest. 1.

## CAPUT VI.

## De vacatione ipso facto solum.

V Acatio † ipso facto tantum inducitur, & non iure, aut alio modo vero, quando de facto tantum vi coactus cogitur relinquere sui beneficii possessionem, vel vi de possessione deiicitur. a

## SCHOLIA.

- a capit. ad aures 2. & cap. ad audientiam 3. de his qua vi metusve caus. fiunt. libr. 1. tit. 40. cap. 2. de restitut. spoliator. libr. 2. titul. 13. cap. super hoc 5. de renunt. libr. 1. tit. 9. E

## CAPUT VII.

## De vacatione ipso iure, &amp; ipso facto simul per mortem &amp; renuntiati onem.

A Pso iure, † & facto vacant beneficia, per 1 mortem aut renuntiationem veri titularii. a Mortem hic intelligimus naturalem, non ciuilem. b Morte quippe soluitur ius vsus vel vslusfructus. c Comparat autem ius scriptum vsluariis, consuetudo alicubi vslusfructuariis, beneficiatos. d Quamobrem, & locatio fructuum beneficiorum per illos facta, morte eorumdem extinguitur. e

## SCHOOLIA.

- a Et sunt hi diversi modi vacandi, ut expressio unius in impetracione beneficij, ad alium non pertineat, cap. susceptum, sexto de rescriptis.
- b Glossa ad dictum cap. susceptum, ad verba, non morte, de rescriptis. Et quamvis exuli seu bannito non possit conferri beneficium de novo loci, a quo exulat, eo quod in eius Ecclesia esse non potest: attamen per bannitionem solam, quod iam tenet beneficium, ei non censeatur ademum tacite. Rebuffus in ital. de pacific. possell. num. 203. multa enim facta tenent, que si facienda essent, non fierent. l. patre furioso, de his qui sunt sui vel alien. iur. cum similibus.
- c Ut diximus supra, tit. 26. de peculio clericorum in divisione peculii, & in tracta. benefic. Vide Glossa ad cap. praesenti. de officio ordinarii. in Sexto.
- e cap. 2. & fin. de loca. cap. fi. ne pralat. vice suas, &c. Clemens. prima. de rebus Ecclesiis non alienan.

## CAPUT VIII.

## 1 Renuntiatio quid.

## 2 Divisio.

## 3 Et de tacita.

R Enuntiatio est, a rei vel iuris proprii b 1 refutatio seu remissio spontanea, c ex certis causis, d & cum auctoritate superioris facta. e

Fit autem † vel tacite vel expresse. 1

Tacite, † quando presumitur facta, vel 3 ut si beneficiū habeatur p derelicto, vel si quis

si quis acceptauerit beneficium quod tenere nequit cum primo, & censetur renuntiare primo, utis qui intra iuris terminum non se promouet ad presbyteratum, nolle censetur beneficium quod sacerdotem desiderat.<sup>h</sup> Si quis per triennium institutam item de beneficio non persequatur, & vel alio modo suo facto, patiatur ius quod habeat ab alio sibi adimi.

## S C H O L I A.

B

- a Cardina. ad Rubric. de renuntiat. in Sext. vide & Hostiensem in summa eius tituli.
- b Iuris quippe alieni non obest Domino renuntiat. c. dilecto. in fin. de prob. c. pen. de sen. & re iud.
- c Hoc enim requiritur in renuntiatione vera & valida, ut sit spontanea, utq. sit irreuocabilis. c. 3. ca. super hoc 3. & cap. in praesentia 6. de renunt. lib. 1. tit. 9. siue per se, siue per procuratorem fiat. Cle. vn. de ren. renuntiab. quippe non datur regressus. l. fires. §. arcam. de sol. l. queritur, §. venditor. de edil. edict. l. postquam litt. C. de pact. contra, si vi metuve adactus quis renuntiauerit, vel per impressione, aut dolo malo renuntiet. c. dicto. c. super eo, de ren. c. 2. de resto. spo. lib. 2. tit. 13. c. 2. 3. 4. de his que vimetus ue caus. siunt. lib. 1. tit. 40. Dummodo metus talis sit, qui possit monere consilium virum, non alter proxime citare iurib. & c. cūdilectus filius 6. ubi, & Glosfanorat que faciant iustum metum, de iis, que vi metus ue caus. siunt. cap. veniens, de spon. l. mecum. quod met. caus. P. In dubio tamen, non presumimus renuntiationem spontaneam. d.c. super eo, de renuntia. cum nemo presumatur, iactare suum. l. cum de indebito, de probatio.

E

- d Sine causa legisuma non licet relinquere beneficium; quia indecess omnino probatur prins soluere militia cingulū. quam cedat vultus aduersitas priorū. ca. 1. de renunt. c. sciscitaris 7. que. simile in militibus armata militia, in l. 2. de his qui non impletis stipendii, &c. lib. 10. C. Causa legitima

ma habita renuntiationis duobus versibus referuntur:

Debilis, ignatus, male conscientius, irregularis,  
Quem mala plebs odit, dans scandala, cedere possit.

*Qui explicatur, in c. nisi cum pridem 10. deren. & a D. Thoma 2. 2. qu. 185. art. 5. veluti, qui sine periculo vita in beneficio esse non potest, renuntiat, & eidem cedit ex permissione summi pontificis, in ca. ad supplicationē 9. de renun. Reprobatur autem facta interuenit vel promissione pecuniae, in d.c. super hoc 5. de renun. ca. cū pridem, de pact. c. ad questiones, de rer. per. Poterit, & qui plura beneficia consequitur, unum existare, si omnia simul nequeat detinere, c. referente. de pra. ca. exscrabilis, eod. titul. in extr. comm. item qua Simoniace fuerit adeptus. ca. non est verisimile. de presumt. vel propter aliud crimen, ca. post translationem. de renun.*

*Auctoritas superioris spiritualis, renuntiationi necessaria, aliter nihil agitur. c. 1. c. admonet 4. & c. fin. de renun. verum iure, qui semel auctoritatem renuntiādi impetravit cogitur renuntiare. c. quidam cedendi 12. de renunt. vibrationes, quod tam non est in usu, superioris dicitur, qui beneficium contulit renuntiare volenti, in cuius manibus iterum debet reponere permissionem vel renuntiationem. ca. denique 6. q. 3. c. Abbas 18. q. 2. cum ad eum institutio, & destrutio pertineat. c. cum ex iniuncto. de heret. c. 1. de capell. monach. cum simil. quod intelligi par est, quando institutio ad superiorem pertinet de iure communio: alioquin si is instituerit ex consuetudine vel prescriptione, tunc in manibus Episcopi diocesis non eius qui collationem alioquin habet facienda, quia prescripta tantum collatio, non admissio renuntiationis, vel destrutio, Rota decr. 98. in nouis: nec amplius censetur prescriptū quam posse sum. c. cum in iua. de decimis. c. fin. de offic. archi. ca. audiis. c. cum olim, de prescrip.*

Dd

facit, c. cum in illis, de præb. in Sext. Superior tamen solus dicitur in exceptis beneficiis, Abbatibus, & Episcopatibus, aliisque maioribus summus Pontifex, c. 1. & fin. de renun. Quia vero summus Pontifex superiore non habet, ipse per se ex seipso, si velut suum beneficium seu papatum, cui voluerit renuntiare poterit. c. 1. de renun. in Sext. At renuntiatio beneficij in manibus laici facta, in prauidicium superioris non valet, quia superior ea non obstante potest renuntiantem in beneficio renuntiato retinere. valebit tamen in prauidicium renuntiatis, ut priuetur ideo beneficio, nec possit ad illud redire, c. quod in dubiis 8. de renun. Rota decis. 35 2. in nouis ca. non oportet. 7. q. 1. vide glo. ad c. vnicum, ad ver b. renuntias, tit. de sublatione. Clementina literis, in prag. san.

f In cap. 1. de offic. vicar. c. ex parte. de Cler. non resident.

g ca. de multa. de præb. c. gratia. de rescriptis in Sex. Clementina gratia, eo. tit. in Clem.

h ca. licet canon. & ca. commissa, de elect.

i In regula cancellaria, de pacificeis possessoriis. & in alia, de triennali possessore.

### C A P V T I X.

1 De expressa renuntiatione.

2 De diversis formulis eius.

3 Expressa renuntiatio, fit per verba ex D pressa & explicita, sponte prolata a titulatio, per quam, si pure & simpliciter fiat, renuntians priuatur iure suo statim ea facta, & etiam si non sit admissa. b

2 Expressa quippe † renuntiatio duplex est: aut simplex puta: aut conditionalis, Simplex proprie coram ordinario fit collatore, sine pacto, conditione, aut die: nam hæc redolent Simoniam in beneficiis conferendis. o Conditionalis renuntiatio fit, E vel in fauorem alicuius, & non alias nec aliter. d vel cum reservatione pensionis, & non alias nec aliter: e vel cum regressu, f vel ex causa permutationis non alias, & non aliter. g

### S C H O L I A.

a capit. 2. § 3. de renunt. Clemens. vni. cod. tir. neque dat in regressis ad beneficium etiur cum sine noua collatione, etiam scilicet regressus sit expresse reservatus. canon. quam periculose 7. quæstio. 1. cap. inter cetera, de præb. cap. cum uniusorum de rerum permittat. Vide Rebuffum. tralat. de pacif. possess. numer. 144. & sequentibus. Valeat tamen resignatio cum regressu: sed regressus annulabitur in Galia: quanquam cum regressu extra Galliam. lucubrenuntiatio toleretur. Vide Rebuffum ad rubricam de resignationibus in concordatis.

b cap. quod in dubiis, 8. de renunt. can sunt nonnulli, & can. ordinationes. 1. quæstio. cap. manus, 34. de simonia. lib. 5. tit. 3. ss. cum pridem. & cap. si. de pact.

c Et ideo ratione restrictionis seu conditionis apposita renuntiatio, beneficia renuntiata in fauorem, velex causa permutationis, non possunt alii quam nominatis, & conpermantibus conferri alioquin renuntiantes redent ad beneficia. c. inter cetera 17. de præb. cap. vni. de rerum permittat. in Sex. Vide Rebuffum. in prætitulo. de resignatione conditionali, numero 14. usque ad 20. facit quod generiter conditions sint implenda in forma specie definita. l. 3. C. de conditionibus insert. l. Maius. l. cum quidam, de condition. & demonstratio. P. l. 2. de donatio. m. P. Notandum, resignationem conditionatam, non fieri coram ordinario collatore, sed coram summo tantum Pontifice: nemnon enim iure communi sibi eligere in beneficio successore potest, ca. non liceat, & can. Apostolecam. 8. quæstio. 1. quia beneficiatus tantum habet administrationem, persone sua & industria concessam, & ideo illud privilegium ad altum per se transferre non potest. l. quia tales, soluti. matrim. P. argumen. l. inter artifices, de solutio. P. Sed & videtur quadam species simonia, in fauorem vel gratiam persone dare be-

nefi-

neficium, ca. ordinatione, can. sint nonnulli. A  
li. 1. quast. 1. Item & paclum, ut dictum,  
quare summi Pontifex, in hac specie con-  
ditionalis renuntiationis, qui potest simo-  
niam hanc eluere, ad eundem serit: Glossa ad  
capit. cum pridem ad verbum illicita, de  
pacl. quia supra ius positum solus ex ple-  
nitudine potest statim potest dispensare. c. pro-  
positum de conce. prab. c. 2. de prab. in Sex.  
E. Fit reservatio pensionis in fructibus omni-  
bus, vel in parte, vel ratione concordiae, ut B  
alite discedatur, vel ne renuntians immo-  
dicum dispendum patiatur, quod tamen  
solus Pontifex admittere potest, non ordinarii collator. cap. nisi essent 2. 1. de prab.  
& ibi gloss. capit. de catero, de transact. A-  
lioquin enim iure ordinario beneficia sine  
ulla diminutione conferri debent, tit. Ut  
Ecclesiastica benefic. sine diminut. confe-  
ran. Quemadmodum enim ius est indi-  
uisibile beneficij, ita & eius fructus, ca. fin. C  
1. que. 3. ca. simonachus. 16. que. 1. c. no-  
strum. c. 1. vt Eccle. benef. sine dim. confe-  
ran. c. maioribus, de prab. Haberet & simo-  
niam hec renuntiatione sine summo Pontifice,  
qua committitur dando aliquid, vel re-  
tinendo pro datione beneficij. c. super eo, 8.  
de transact. c. cum pridem 4. de pacl. Vide  
Rebuffus in Praxi. 3. part. tit. de renunt.  
conditionali. num. 2. 3.  
F Regressum dicunt conditionem, ut si pre- D  
moriatur is cui resignatur, resignans possit  
redire ad beneficium resignatum: De quo  
vide Rebuffus in proxime citato loco, qua-  
tame forma resignationis reicitur in Gal-  
lia, & in concilio Tridentino sessione 25.  
dereformatio. c. 7. pro quo iudicatum: vi-  
detur & ultra haec concessio reprobata per  
e. accepimus s. de pacl. Suffragatur Gra-  
tio, que ex iure aperte colligit, beneficia ha- E  
reditaria esse non debere, cap. Apostolica  
8. q. 1. c. ad extirpandas, & c. prasentium,  
desilie presbyt. maxime quod ista cum re-  
gressu, resignationes habeat quoddam vo-  
rum capitanda mortis, ut in beneficium al-  
terius succedatur, quod abominantur, &

merito, omnia iuris cinilia, & canonica: c.  
2. de conce. prab. & c. 2. eo. iii. in Sex. I. ex  
eo, de inutilib. stip. C. l. fin. C. de pacl. cum  
pluribus aliis notatis. perglo. add. cap. 2. de  
conce. prab. g. Quare per hanc clausulam, aliis conferri  
ita renuntiatione quam expressis non possint.  
c. 1. de rerum permitt. in Sex. Cle. vni. eod.  
tit. in Clem. si coram ordinario ex causa  
permutacionis renuntiatione fiat, ut iure no-  
nu dicto expressum: quamvis olim posset or-  
narius iuris eiurata aliis conferre. c. inter ce-  
tera, de prab. Stricti iuris est renuntiatione,  
nec comprehendit id quod non fuit expre-  
sum, & ignoratum fuit, ut notat Tiraq. in  
tract. de vitroque retract. 1. glo. 20. nu. 21.  
facit, l. quicquid adstringenda, de verbo.  
obliga. P. Hodie quoque si permutatio non  
sortitur effectum resignantes ex ea causa,  
redent ad propria beneficia, sine noua col-  
latione, secundum Iosannem Andream, ad  
c. vni. de rer. per. in Sext. veluti si unum ex  
beneficiis a compermutantibus fuerit eni-  
ciatum, quamvis rigor iuris in contrarium  
sit. Sicq. tradit reb. tracta. de pacifi. poss. ns.  
145. & in Praxi. benef. 3. part. num. 1. 2.  
Adde, quod in permutatione perficienda,  
consensus compermutantium exigitur: ca-  
vni. de rerum per. in Sex. & eorū ad quos,  
adueniente vacatione, pertinet, & lectio  
aut presentatio aut collatio. Clem. vni. &  
ibid. de rerum perm. Quod tamen ad pa-  
tronū perinet irrita fieri sine eius consen-  
tia, permutatio facta, ut ait glo. si is cōsentum  
persequatur, non aliter: quare non dicitur  
nulla, sed annullanda permutatio. Ceterum,  
illud singulare, sufficere interpellatos a per-  
mutantibus fuisse patronos, vel clericos, ut  
consentire velint, quamvis noluerint con-  
senire, Rebuffus dicto titulo de permuta-  
tione beneficiorum in Praxi. numer. 2. 1.  
Fredericus in tractatu permutacionis be-  
ficiorum, quastio. vicepsima quarta. Obser-  
uabimus insuper regulā cancellar. 18. de  
infirmis resignantib. non habere locum in  
ordinario collatore, cum obseruetur in re-

Dd 2

*nuntiationibus factis in Curia Romana. Item breuiter obserua, regulam 34. de publican. resignationes habere locum, quando resignans moritnr.*

## C A P V T X.

*Iure singulari in quibusdam casibus, concedi ante vacationem beneficia.*

**C**æterum ignorandum non est, † iure singulari aliquando receptam esse cōcessionem beneficiorum, antequam vacent: ut nunc speciali priuilegio summus pontifex dat mandata de prouidendo ad vacatura beneficia: *a* vt olim literas expeditatiuas, *b* verum stricte mandata ut odioſa explicitantur. *c*

## S C H O L I A.

- a cap. mandatum cum duobus sequentibus, de rescript.*
- b cap. eam te, cap. constitutus, ca. literis, cum similibus, de rescript.*
- c cap. fi. cap. cum in illis 16. c. cū de non beneficio, 27. de prabend. in Sex. Clemenc. 1. eo. tit. cum simil.*

## C A P . X I.

*A quibus beneficia conferantur.*

**B**eneficia tantum queruntur, † si conferantur ab iis, qui habent potestatem conferendi, non si ab aliis. *a* Hanc iure cōmuni habent personæ Ecclesiasticae, non laici. *b* Ex priuilegio tamē habent aliquando laici, *c* & ipse mulieres: *d* & dum plures de iure collationis certant, iudicatur pro eo, qui est prouisus ab eo, qui est in posſione conferendi. *e*

**2** Rursus inter Ecclesiasticas personas, † quædam dicuntur conferre ordinario iure, quædam extraordinario: seu ex particuliari concesſione, priuilegio, statuto, conſuetudine. Iure ordinario confert solus Episcopus omnia beneficia vacatia suę diocelos: *f* dummodo ipse fuerit confirmata.

**A**tius, non ante: *g* quare sede vacante, referuantur collationi futuri Episcopi, quæ interim vacauerint. *h* Nec a capitulo poterint tunc conferri. *i* Nisi forsan beneficii collatio pertineret ad capitulum, & Episcopum coniunctim, quo casu capitulum Episcopi defectum supplens, & iure coniunctionis, & accrescendi vtrens, confert; *k* quemadmodū Episcopo mortuo vel suspenso, capitulum praesentatos instituit, & electos confirmat sede vacante: *l* & vacantibus beneficiis eo tempore, quamvis ad solius Episcopi collationem pertineant; constituit & economum, *m* loco etiam Episcopi, & ex eius mandato, eius Vicarius cōfert, *n* cum is longe abest, vel nō potest praesens, vel non vult illud officium exercere, *o* data conferendi beneficia vacatura generaliter potestate: *p* nam alicuius certi beneficii vacaturi conferendi potestatem dare non potest, antequam vacet. *q*

Cæterū, † & Episcopus absens consitutus Vicario, potest ipse etiam extra diocesim, vacans beneficium cōferre & pruenire suum vicarium seu officiale. *r* Conferunt etiam Episcopus, Archiepiscopus, & alii prælati superiores iure devuluto, quando inferiores, qui habentius collationis, non conferunt intra semestre tempus constitutum a Concilio Lateranensi ad conferendum ordinariis, *s* sic enim superior proximus supplet negligientiam inferioris, *t* sibi subditi, & exempti negligentiam, summus Pontifex immediate, *v* vel alius eius auctoritate. *x* Supplet & negligentiam Episcopi capitulum, in beneficiis, quæ ad collationem capituli & Episcopi coniunctim pertinent. Quod si iterque & capitulum & Episcopus conferre negligant, eorum devoluitur collatio ad superiorem Archiepiscopum, vel ad alium superiorem. *y*

Rursus extra † Concilium Lateranense, non praesentante patrono laico ad beneficium vacans intra quatuor menses idoneū, vel clericu intra sex menses, plenum ius

ius collationis deuoluitur ad Episcopū:z vt A contra si idoneum präsentauerit uterque patronus intra prædicta tēpora , & recusa- uerit admittere & instituere Episcopus; instituendi ius statim deuoluitur ad eius superiorem,nec hic exspectantur sex men- ses. aa. Sed , & in maioribus dignitatibus, in Episcopatibus , Archiepiscopatibus & similibus, si quibus ius est eligendi, non eli- gant intra tres mensēs, potestas prouiden- di transfertur in proximum superiorem, B bb idipsum sit, si male elegerint; in quo ta- men casu ius plenum transfertur in con- firmare debentem , vel in Summum Pon- tificem. cc

## S C H O L I A .

- a cap.fin.de excessib.prelat. cap. 3. de insti- tutio.
- b cap.cum laici, de iure patron. cap. quam- nis fit graue, de decimus, cap. massana, cap. quisquis, de elect.can. si quis deinceps, 16. quest.7.
- c cap.dilectus, in 3. de prob.can. Adrianus, 63. distin. In Gallia Rex qua sunt iuris re- galie conferit beneficia, exceptis iis qua cu- ram habent animarum, Egidius magi- ster in tracta regaliorum, c. 3. & 4. Specu- lator. in titulo, ne sede vacante, & in eum Johannes Andreas, & Iohannes Monachus, ad ca. 2. de probend. in Sex. Hoc ius D habebat etiam Rex Anglia in quibusdam Ecclesiis seu regni, cap.ex diligent, de iure patronatus. habet, & quoddam affine ius Imperator conferendi aliquot canonica- tus ob incundum suum aduentum & ob coronationē, vocant primarias preces. Specu- lator, in §. restat, §. item notat, de prob. Boërius, decisio. 32. num. 8. Sunt, & alii principes, quibus aliquando datum confer- re beneficia, de quibus egi, lib. 17. Synta- gma.ca.7.
- d Vi comitissa Flandrie, in ca.dilecto, de in- stitut. c. si. de concession.prab. Abbatissa, in decisione Rota, 190. & alia quadam.
- e Argum. cap.consultationibus, de iure pa-
- A trona.cap. querelam, de elect.c. cum olim de causa possēt. & proprieta sic disputat, & ita obiunisse post plura docet, Rota decis. 557. quidam impeirauit, in antiqu.
- f ca. omnes Basilica, & ca. nullus, 16. quest. 7. c. i. c. ex frequentibus, c. cum venissent., de insti.
- g cap. nosti, cap. transmissam, cap. qualiter, de elect. cap. avaritia, eod. titulo in Sexto.
- h Glossa in c. cum olim, de maior. & obedien.
- i cap. 2. ne sede vacan.apud Gregor. cap. uni- co, eo. tit. in Sext. cap. conquerente, de offi- cio ordina.
- k cap. unico, ne sede vacante in Sexto.
- l Dicto cap. unico, ne sede vacante in Sexto.
- m cap. cum vos, de officio ordinarii.
- n cap. fin. de officio vica.in Sex. cap. 3. de in- stitutio. cap. statutum, 3. de probendis in Sexto.
- o cap. cum nullus, §. Episcopo, de tem. ord. in Sexto.
- p Sic docet, cap. fin. de offi. ordina. in Sex. ca. statutum, 16. q. i. Neg, tamen in genera- li mandato vicarius, continetur potest as- beneficia conferendi, qua specialiter con- cedi debet. c. cum in generali, de officio vi- carii in Sexto.
- q cap. constitutus, de concessio. prob. Vide Concilium Tridentinum.session. 24. dere- formatione, cap. 19. Glossa ad cap. si. de offi- cio ordinarii in Sexto, vide & Glossa ad ca. penult. §. fin. ad verbum, cuicunque, de offic. legat. in Sexto.
- r cap. post electionem, de concessio. proben. notant Iohannes & Bernardus ad ca. no- nit, de offic. lega. Glossa ad cap. statutum, 3. ad verba, remoti, de proben. in Sext. qua- quam vicarii Episcoporum debeant, tan- tum conferre intra diaconatum, vi notat Iohannes Andreas in additione ultima glo- ssae fin. dicti cap. statutum, de probend. in Sexto.
- s c. 2. de concessio. prob. c. licet, de sup. negl. prab.
- t ca. cum inferior, de maior. & obedien.
- v ca. sicut, de supplen. neglig. prala. ca. cum singula, in fine, de probendis in Sexto.

Dd 3

- x Clemenc. vnic. de supplend. negligentia prelatorum.
- y Dicto cap. 2. dicto cap. quia diuersitatem, de concessio. prab. cap. cum in cunctis, §. fi. de electione.
- z cap. vnic. de iure patron. in Sext. sine preindicio tamen patronatus, in aliis sequentibus vacationibus. capit. secundo, de supplen. negli. prala.
- aa Rota in decisione 250.
- bb c. ne pro defectu, de elect. ca. postquam, 50. distin.
- cc Iuxta distinctionem, ca. quamquam, 18. de elect.

C A P V T X I I .  
De collationibus & prouisionibus factis a  
Summo Pontifice.

**S**Vmmus Pontifex conferit beneficia, vel proprio iure, vel iure praeventionis ex concurso cum ordinariis, vel iure deuoluto. Iure solus proprio conferet beneficia immediate sibi non alii subiecta, a vt Cardinalatum, b & ea quæ dicuntur vacante in Curia Romana, & quandiu ibi vacat: & exceptis beneficiis parochialium Ecclesiæ, de quibus aliquando placuit, vt si vacassent d in Curia per mensem sine collatione, possent post mensem ab ordinariis dicæcensanis eorum conferri.

**V**el si etiam mors Papæ intra mensem illum contigisset: e solus, & ius Ecclesiæ translatarum prælatorum conferit, f & quæ suæ collationi reseruauit. g Facit autem reseruationes beneficiorum aut generales aut speciales. h Generales veluti quando in Ecclesia Cathedrali aut Metropolitana reseruat suæ collationi omnes dignitates post Pontificalem; i aut si quando collatio seu prouisio vel collatio beneficij facta a Summo Pontifice, aut ab eius legato, nō tenuerit propter obreptionem aut subreptionem literarum, vel propter indignitatem personæ: aut si propter nullitatem prouisionis requiratur causa contraria: tunc enim dicitur etiæ beneficium

A Papæ reseruatum seu affectum: vt alius præter ipsum nō possit conferre: k id ipsum dicemus de aliis beneficiis, in quibus ut verbis vtamur communibus, Summus Pontifex manus apponit. l

Speciales reseruationes sunt, quando; Summus Pontifex vnum beneficium, vel vnam dignitatem in aliqua Ecclesia suæ collationi reseruat, seu retinet, m quod, & legatus a latere facere potest, & suæ collationi vnam dignitatem vel præbendam reseruare, n dummodo ea non sita reseruandi potestate aliunde exempta. o

Per concursum confert Summus Pontifex, & per præventionem ordinariorum, omnia beneficia orbis: vt si quis vacans beneficium prius impetraverit iuste a Summo Pontifice, præferatur ei qui post ab ordinario collatore habuerit. p Nisi beneficium ad collationem iuris regalæ, ex privilegio pertineat. q Confert, & legatus a latere etiam omnia beneficia prouinciarum sibi commissæ per concursum & præventionem contra ordinarios factam: r Legato tamen alii quam altare non licet hoc iure vii. s

Deuoluto autem iure priuatiue supra omnes ordinarios, Summus Pontifex confert beneficia ad sedem deuoluta per negligētiā collatorum immediate sibi subdiorum, vel exemptorum, t vel ob crimen commissum per illos in electione facta. v In summa, in beneficiis etiam conferendis & disponendis, illud notabimus; Summum Pontificem habere plenissimam potestatem. x Episcopos, semiplenam: y quia in partem sollicitudinis, non in plenitudinem sunt vocati potestatis. z

## S C H O L I A .

- a Vt in cap. fin. de renunt.
- b Clemenc. ne Romani, de elect. quamvis alter statuerit, Concilium Basiliense, titulo de numero qualita. Cardinalium, in pragmatica sanctiōne.
- c cap. 2. de prab. in Sex. qua autem beneficia dicantur vacare in Curia Romana, docet cap. præ-

- a & presenti, 24. de prab. in Sext. Clem. i.  
Viue penden. c. ad regimen. de prabendis  
in extraugantib. communib.  
d cap. statutum, 3. de prabendis in Sexto.  
e cas. Apostolica, 35. de prabendis in Sexto.  
f cap. i. de translation. Episcoporum.  
g Vide que diximus, lib. 17. Syntagmat. iu-  
ris, capit. 10.  
h De quibus vide Rebuffum, in titulo de re-  
farnationib. in concordatis.  
i In extragan. Iohannis, 22. exsecrabilis, de  
prab. & in regula 3. Cancellaria Romana.  
k Panormi. & alii, ad cap. super eos, de exces-  
fib. pral.  
l cap. ut nostrum, de appell. vide Ludo. Rom.  
conf. 335.  
m Egid. Bellamera, consilio 34. incip. Sup-  
posito, &c.  
n ca. cum dilectus filius, 28. de iure patrona.  
lib. 3. tit. 38. ca. 3. de officio lega. in Sexto.  
o De qua prohibitione, in c. 4. de officio lega. C  
in Sex.  
p ca. si a sede, & ca. dudum, §. nosigitur, de  
prabend. in Sexto. ca. penultimo, de rescri-  
piis in Sexto.  
q ca. generali, de electio. in Sext. Ideo in Gal-  
lia, non confert contra priuilegia concor-  
datorum in praedicium nominatorum  
graduariorum, Rebuffus ad §. declarantes,  
ad verba, iure præventionis, de manda-  
tis Apostolicis, & adiutium de reserva-  
tionibus.  
r cap. 1. de officio lega. in Sexto.  
s Dicto cap. 1. de officio lega. in Sext. vide Ioh-  
annem de Selmain tractatu beneficiorū,  
2. parte, quæst. 3.  
t c. licet, c. literas, ca. fin. de suppl. neglig. pral.  
v cap. quamvis, de electionib.  
x c. proposuit, de concess. prab. c. 2. de praben.  
in Sexto, Clemētina prima, ut lite pendēte.  
y can. consequens, 11. distinet.  
z cap. decreto, & can. quis est, 6. q. 1. cap.  
auctoritatem, de auctore, & usi pallii.

## C A P V T X I I I .

De aliis collatoribus.

- A E X patientia Summi Pontificis, aut pri-  
uilegio, aut consuetudine, vel statuto  
probato, vel præscriptione vel literarum  
facultate: a reliqui qui præter ordinarios  
Episcopos conferunt, sustinentur, ad quos  
coniunctim, vel diuisim, collatio pertine-  
re potest. b Ordinarios tamen collatores  
eos possumus appellare, qui præter Sum-  
mum Pontificem, legatumque eius bene-  
ficia per ius sibi concessum conferunt: c  
B quorum tamen collatio potest impediri  
deuolutione, d referuatione, e mandato  
Apostolico. f

## S C H O L I A .

- a cap. 4. de rescript. in Sexto. ca. is cui, de prabend. in Sexto. Rota decisione, 189. in an-  
tiquis.  
b cap. 1. ne sede vacan. in Sext. cap. cum illis,  
16. §. fin. & cap. fina. de prabendis in Sex-  
to, capit. ex frequentibus, de institut. cap.  
cum Ecclesia, de elect.  
c cap. ordinarii, & ibi interpres, de officio  
ordinar. in Sext. & in cap. exsecrabilis, de  
praben. in extraugan. Iohannis 22.  
d Dicto cap. licet, & cap. literas, & cap. fin. de  
suppl. neglig. prala.  
e Vide qua hac de res supra diximus.  
f cap. Abbatem, 40. de rescript. cap. quam-  
vis, & cap. fin. de prabendis in Sexto.

## C A P V T X I I I I .

- D 1. De formis conferendis sine scriptura &  
cum ea.  
2. Rescriptum quid, & eius species.  
3. Signatura.  
4. Bulla.

C Ollatio fit aut motu proprio confe-  
rentis, a aut habitatione petitionis  
seu supplicationis impetrantis. b Nun-  
quam autem sine canonica institutione  
E beneficium haberri potest. c Modi cano-  
nicæ institutionis ratione formæ simili-  
cis collationis, sine scriptura vel cum ea es-  
se potest. d Scriptura enim pro substan-  
tia collationis non exigitur, dummodo co-  
quet, saltet duobus testibus, cum facta

fuisse. e Certius tamen, de collatione ordinarii per literas, eius figillo & notarii subscriptione munitas, constare poterit.

f Idipsum, & descriptura collationis Summi Pontificis diffiniendum, ut cum ea, & sine ea collatio valeat. Verum hic seruamus, scripturam ordinarii communiter dici literas collationis; Scripturam vero Summi Pontificis, aut rescripta, aut signaturam, aut bullas.

2 Rescripta ad beneficia sunt diuersi nominis in iure, vel gratia vel iustitia. Gratia ut literæ ad vacatura beneficia obtainenda, monitoria, præceptoria, executorialia, g mandata: h sunt ad vacantiam iam rescripta perinde valere; sunt, & iustitia in forma dignum: in forma cum secundum Apostolū, seu in forma communis, & similia.

3 Signatura, est prouisio de beneficio facta in supplicatione porrecta in papiro, m subscripta a Summo Pontifice vel eius officiariis.

4 Bulla dicitur scriptura prouisionis redacta in formam Authenticam, in membra seu pergamo, habens certas ligaturas diuersorum filiorum conuenientium diuersis naturis prouisionum, cum pliaturis consuetis, & sigillo authenticō plumbeo, ex quo tota scriptura bulla dicuntur. n

## S C H O L I A.

a In cap. si motu proprio, & cap. si tibi absenti, de pra. in Sexto.

b Dicto cap. si motu proprio, & cap. cum adeo, & c. si proponente, de rescriptis.

c cap. 1. de regulis iuris in Sexto.

d ca. institutionis, 24. quest. 2.

e Rota decisio. 348. in nouis, dummodo non sit in praividicium terii. vide melius in decisione 22. in nouis, incipiente. fuit dubitatum, ubi dicitur sigillum Episcopi sine tabellione, & testibus sufficere in causis, que ab illo solo expediuntur, dummodo eius non interfit.

f Sed aliter stylus se habet, & quod literis collationis factus per ordinarium non cre-

datur cū solo eius sigillo, nisi ad finit subscriptiones testimoniis, & tabellionis, dicta decis. Rota, 348. in nouis, incipiente, voluerunt & ordinauerunt.

g De quibus in cap. cum te, & cap. constitutio, cap. literis, cap. ex insinuatione, & cap. capitulum. de rescriptis. & nos in titulo de rescriptis.

h ca. mandatum, & seq. de rescriptis, ca. gratia, eo. titu. in Sexto. cap. fin. de probab. in Sexto. vide Rebuffum ad concordatorum titulum, de mandatis Apostolicis, & tit. de forma manda.

i Johannes Monach. ad caput fina. de consuetud. in Sexto. l. 2. & fin. de natalib. reffunt. P. Dominicum consilio 11. & 118.

k De quo in Clement. & ibi gloss. de offic. delega. in cap. accepimus, 13. de etat. & qualitat. cum fini.

l Iuxta cap. cum secundum Apostolum, de probend. cap. postulatis, 27. de rescriptis.

m cap. cum dilecta, 4. de confirmata. util. vel inutil. lib. 2. titu. 30. Hanc signaturam dare titulum, defendit Rebuffus tractat. de pacifici possessorib. num. 51. De hac, & tractat idem Rebuffus parte prima Praezeros, titul. de supplicatione, & in titu. sequent. explicat formam eius. Pragmatici dicunt supplicationem seu signaturam continere quinque partes, primam dicunt corporis signaturam, secundam, responsionem, seu subscriptionem aut signaturam, tertiam, clausulas non obstantiarum; 4. datam s. subscriptiones notariorum camerae Apostolicae et Cancelleria. De quibus omnibus nos usque tractatu de rescriptis. & lib. 17. Syntagma iuris uniuscuius, cap. 15. ubi, & deducuntur formis signaturarum, & effetu.

n c. licet, 5. & c. quā grāni, 6. de criminē falso.

## C A P V T X V.

Partes bona collationis.

Beneficia conferenda sunt pure, apam, b gratuito, c sine diminutione, dñi clerico, e intra tempus collationi præstatum. f

S C H O

## S C H O L I A .

a Id est, sine conditione vel pacto, can. quam  
pio, 1. q. 2. cap. fin. de pact. cap. 2. de elect.  
in Sext. quia hac simoniam redolent, ca.  
per laicos, 36. q. 7. ca. cum pridem, de pact.  
Idem in modo dicendum est, qui accedit  
prohibita conditioni. capi. verum, de con-  
ditio. apposit. l. 1. C. de donationib. qua sub  
modo. Ita nec ex tempore, nec ad tempus,  
sed in perpetuum seu vitam clericu conce-  
duntur, cap. 1. de capel. monach. Excipi-  
mus tamen Summi Pontificis auctorita-  
tem, qui ut vult ex arbitrio confert. cap. sit  
gratioso, de rescript. in Sext. cap. 1. de prab.  
in Sex. item & illius qui ex eius mandato  
confert in cap. proposuit, de concess. prab. in  
cap. praterea, de confirm. vtil. vel in util.  
Sic confert Summus Pontifex a tempore  
cerio, vacante prabendam, Clemens uni.  
de concess. prab. capi. si Papa, de priuileg.  
& mandat sub conditione conferti, d. Cl.  
vn. de concess. prab.

b Alioquin clandestina collatio suspicione  
habet alicuius fraudis, cap. unico, §. porro,  
ut Ecclesiast. ben. sine diminutio. confe-  
rantur fact. ca. clericus, 81. dist. & l. non  
existimo, de administra. tutor. Pan. Ve-  
runtamen, non ex eo solo quod non palam  
fuerit facta collatio, sed in camera Episco-  
pi vel vicarii, reprobatur, simodo in prau-  
dicium alterius non sit, & aliqunde fraudis  
non sit suspicio, capacique fiat. argum. l. 1.  
de delatori. lib. 10. C. Perusinus ad cap. si  
tibi absenti, de prab. in Sext. Et sic etiam  
consuevit inolevit, ut collationes in ca-  
meris siant Episcoporum. Requiruntur ta-  
mentestes, & notarii, vide plura de hoc  
apud Rebuffum, ad rubricam de collatio-  
nibus, in versiculo, palam, in concordatis.

c Id est, si nulla interueniente proximitatis  
affectione aut carnis seu sanguinis, cap. re-  
latum, de prab. capi. unic. in fine, ut Eccle-  
siast. benef. & c. capi. ad supplicationem, de  
renunti. ca. Moy'es, 8. q. 1. item, & grati-  
ficii debet collatio, sine ullo munere lin-

- A gue, vel manus, ca. si quis prabend. 1. q. 3.  
ca. dilectissimi, 8. q. 1. facit totus titulus de  
simon. & tota 1. q. 1.  
d titu. ut Ecclesiastic. benefic. sine diminu-  
tio. confer. cap. de monachis, cap. auaricie,  
de prab. facit ratio, cap. prohibemus, & ca.  
granis, de censib.  
e cap. cum non ignore, & cap. tua fraterni-  
tatis, 20. de prab. ca. penul. 21. q. 2. ca. cum  
singula, de prab. in Sexto. prohibuit q. con-  
cilium Turonense, unum duobus diuidi  
beneficium, cap. maioribus, & cap. vacante  
de prabend. nec aliande quis in locum al-  
terius viventi ordinari potest, cap. primo,  
de concessione praben.  
f ut intra sex menses, cap. 2. & cap. quia di-  
uersitatem, de concess. prab. cum simil. in  
beneficiis minoribus, in electionis & prala-  
turis, intra tres menses, cap. ne pro defectu,  
de electione.

## C A P V T X V I .

- 1 Observanda alia exprimenda.  
2 Acceptatio.  
3 Inuestitura.

I Nterdum quædam alia obseruanda quæ  
in impetracionibus beneficiorum ex-  
primenda erunt necessario, & alia quæ non  
expresa intelliguntur in rescriptis prouisi-  
onis, b quæ ex iuriis Pontificii regulis fa-  
cile colligi poslunt.

Post collationem item absentia factam, 2  
acceptatio debet fieri a prouiso. c

Sequitur & collationem inuestitura, 3  
quæ per pilei aut calami, aut annuli tradi-  
tionem fit, aut per missionem in posse-  
sionem corporalem. d

## S C H O L I A .

- a Enumerat 30. exprimenda Rebuffus, in  
commentariis ad concordata, ad titulum  
de forma mandati ad verba, pro expre-  
sis, que sunt translata ex Glof. c. super lite-  
ras, 20. ad verbum, literas, de rescriptis.  
nos quædam diximus etiam in scholis, e. si  
proponente, & 2. de rescriptis.

Ee

b *Gloss. addictum cap. si proponente, 42. de rescrip. enumerat nouem conditiones, quae intelliguntur in rescriptis ad beneficia ut valeant: ut quod impetrans est clericus, cap. ex literis, de transact. quod non habeat aliud beneficium, quod sit dignum, cap. cum adeo, de rescript. quod velit residere, cap. relatum, de clericis non residentibus.*

c *cap. si tibi absenti, de probendis in Sexto.*

d *cap. ex ore sedentis, 3. de his que sunt a maior. parte cap. lib. 3. tit. 1. neque poteris promissus propria auctoritate, beneficii sui possessionem nancisci, sed debet in eam per Episcopum diocesanum induci; nisi forsan aliter per Summum Pontificem prouiso permittatur, cap. pastoralis, 19. de priuileg. libr. 9. decretal. titu. 33. maxime autem prohibetur si alius beneficium de facto possideat vel teneat, c. enim qui, de proben. in Sex. cap. licet, eo. ti. apud Gregorium: aliquin iure suo cadit, ut intrusus, dict. c. C. cum qui. Dicitur haec ratio possessionis institutio corporalis, in cap. ad aures, 3. de excessib. prala. lib. 5. tit. 31. c. ad hec, 7. de officio Archidia. lib. 1. tit. 23. Requiritur porro post collationem beneficii adeptio possessionis, quia per institutionem seu collationem non transferatur possessio. cap. cum Bertholdus, de re indica. vide hie regulam cancellaria, 34. de publica resignatio. Boërium decis. 312. Poterit tamen quis inducere in possessionem per clericum, sive notarium sive Presbyterum, iuxta mandatum Episcopi, vel Archidiaconi, vide Rebus sum in titulo de forma mandati Apostolici, ad verbum, inducentes, in concordatis. Inuestitura per annulsum fit in capit. cum olim, 12. de senten. Et re indic.*

### C A P V T X V I I .

*Quibus conferenda beneficia.*

**N**emo sibi ipsi, sed alteri consert beneficia, a non Vicarius Pontificis, Pontifici, cuius vices gerit, b quia pro eadem persona habentur. c Conferri debent tantum capacibus seu idoneis. d Capacitas

A beneficiandi, consistit, ut sit ex legitimo matrimonio natus, e aut legitimatus aut dispensatus, f sit legitimæ, & maturæ ætatis, grauibus moribus, ordinis requisiti, scientiæ sufficientis, g iuxta qualitatem beneficiorum. h

### S C H O L I A .

a *cap. fin. de institu. cap. 3. de excessib. pralat. Poterit tamen Episcopus beneficium patrornatum patrono conferre; ut notat Hostiens. in summa, de iure patr. Et post eum Johannes Andre. ad cap. per nostras, eod. tit. de iure patro. Frederic. de senis tracta. permutationum, quest. 32.*

b *Docet Riparius lib. 2. responsorum cap. 23. notatur in cap. fin. de offic. ordinari.*

c *capit. 2. de consuetud. in Sexto. cap. Romana, de appellatione in Sexto.*

d *cap. graue 29. de prob. cap. causam quo, de elect. cap. relatum, de concess. prob. cap. 2. de institut. facit, l. ut gradatim, de munib. Pandect.*

e *cap. cum in cunctis, 7. de elect. cap. nisi cum pridem, Et ibi gloss. ad verbum, mauzeres, derenunciatio. Illegitimè reiiciuntur, quales spuri, adulterini, incestuosi, Et similes, can. Canomanensem, Et seq. 56. distinct. cap. ut filii, cap. penul. Et cap. fin. de filiis presbyter. Deutero. 23.*

f *cap. per venerabilem, qui filii sunt legitimi, c. nisi cum pridem, § persona vero regularitas, de renun. cap. innotuit, 20. de electio. dispensat autem Summus Pontifex, in cap. fin. de filiis presbytero.*

g *Quatuor enim haec in summa considerantur. c. eam te, 4. de etat. Et qualit. lib. 1. tit. 14. cap. dudum, 22. Et c. cum in cunctis, 7. Et cap. cum nobis olim, de elect. lib. 1. titu. 6. itaratione etatis pueri reiiciuntur, c. 2. de etat. Et qualit. ratio in c. indecorum, Et c. ex ratione, de etat. Et qualit. nisi dispensatione admittantur, dict. c. 2. de etate Et qualit. ex c. ex eo, 32. de elect. in Sext. Mores debent esse irreprensibiles, ideo censentur incapaces collationis beneficio rum,*

rum, fures, cap. vide fur, usurarius, cap. inter dilectos, de excessib. prelat. heretici, liberi ve eorum, c. quicunque, 2. §. heretici, de heret. in Sext. c. excommunicatus, eod. tit. apud Gre. & alii criminum rei, de quibus nos tractamus in tractatu beneficiorum.

b Nam qualitas beneficiorum, etates, mores, ordinem, & scientiam variam postulant. Simplex quippe beneficium cum simplici tonsura a septenni tenuerit potest. minor 14. annorum canonicus fieri potest. c. ex eo. de elec. Cura animarum sacerdotem desiderat, idcirco in eo. 25. annum, c. cum in cūtū, §. inferiora, de elect. Episcopatus desiderat 30. annum eod. c. cum in cunctis. Abbatia 25. in monialibus 30. c. indemnitatis, de elect. in Sex. sic de similibus. mores regulares in regularibus, seculares in secularibus considerandi. c. cum de beneficio, de prab. in Sext. ca. placuit, 2. 16. qua. 1. ca. quas semel, 19. q. 1. cum similib. Sic in ordine; nunc major, nunc minor requiriuntur: quando beneficium existentem in certior ordine desiderat. c. ex literis, de transact. o. praterea, de etat. & qualit. c. cui de non sacerdotali, de prab. in Sext. aliquando, & generaliter requiritur, ut beneficiandus sit clericus, c. fin. de institu. in Sex. c. si pro clericis, 8. de prab. in Sex. Item scientia talis requiri debet beneficiandus, qua sufficere D possit ministerio implendo, quod per beneficium committitur. c. nisi cum pridem, §. ne pro defectu, de renun. c. cum nobis, de elect. c. venerabilis, de prab. Illiterati autem omnino non sunt beneficiandi; & beneficium adepti, eo prundi. can. illiterati, ca. illiteratos, 36. dist. c. si. & c. quamuis, de etat. & qualitate.

## CAPUT XVIII.

## Cause collationum beneficiorum.

Beneficiorum prouida & accurata, & legitima distributio, efficit in Ecclesia Dei, ut delectus habeatur personarum, quibus & populus, & mysteriorum dif-

A pensatio, bonorumque conseruatio concedatur, a ordo seruetur muneribus cuique distributis sine confusione. b Munera seu onera, & spiritualia, & realia sunt. Officium & beneficio adhæret, c omnibus communis est Dei cultus, d aliud quippe proprium ratione beneficii: e onera realia aliquando fuerunt in diuisione fructuum in quatuor partes: f vt instaurate ædes sacras, g soluere iura ordinaria & extraordinaria episcopalia, h & pensiones si impositæ sunt; i nutrire aliquando patronum, si egeat, k & alia similia.

## S C H O L I A.

- a Nemo debet sibi sumere honorem, nisi vocatus, tanquam Aaron; ad Hebraos, c. 5. c. qualiter, de elect. Idonei tantum sunt ad hocandi. c. graue, de prab.
- b can. peruenit, 11. q. 1.
- c c. fin. de rescript. in Sext. ca. eos, ca. si quis sacerdorum, 81. dist. ca. prater hoc, 32. dist. c. laiores, de cle. excommuni. cap. pastoralis, de appella.
- d cap. fin. de rescriptis in Sexto.
- e Alia enim iura Summi Pontificis, & potestas singularis. c. quod translationem, 4. de offic. lega. lib. 1. tit. 30. ubi explicat glos. ad verbum, referuare; alia Cardinalatus, c. ad eminentiam, de Sent. excommunic. alia Archiepiscoporum & Patriarcharum. c. antiqua, de privileg. alia Episcoporum, c. quanto, de consuetud. c. conquerente, de offic. ordi. alia aliorum.
- f can. de redditibus, c. quatuor, ca. Vulterranae, 12. q. 2.
- g c. 1. & 4. de ecclesiis edifica. lib. 3. tit. 48. c. fin. de his que fiunt a maior parte capituli.
- h cap. conquerente. de offic. ordina. cap. cum Apostolus, de censibus.
- i ut inc. nisi essent, de pra. c. quamuis, eod. tit. in Sex. cap. ad audientiam, in 2. de rescript. c. ex stirpante, §. qui vero, de prab. Clem. 1. de iure patrona.
- k cap. nobis, eod. de iure patronat. apud Gregor.